Rozprawy
o panowaniu Jana Kazimierza
króla polskiego
odnoszące się

Od Bartynows. za 5 złk.

Carolus Gustavus 17 *r)* S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)

18 *s)* Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

Paulli Jacob Henrik 19 *t)* Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidiorum Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)

20 *u)* Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)

Frischmann Johann 21 *v)* Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)

22 *y)* S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandeburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)

Frischmann Johann 23. *z)* Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)

24 *aa)* Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)

25 *bb)* Peyrer Isa. Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)

26 *cc)* Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)

Frischmann Johann 27 *dd)* Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)

28 *ee)* Gabriis Luc. de. Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)

29. *ff)* Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario mense a. 1660 extincti. b. m. i r. (k. n. 14)

30. *gg)* Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)

Rapp Christoph 31 *hh)* Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)

32 *ii)* Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorem. b. m. 1658. (str. 22)

Frischmann Johann 33 *kk)* Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)

34 *ll)* Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

titulo Juris fecialis armatae Daniae, alterum sub nomine Manifesti exiit. Francofurti 1658. (str. 39)

35 *mm)* Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum b. m. 1658. (str. 16)

36 *nn)* Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quondam Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Reg. Leopoldum ablegatus Reg. Suec. coram electoribus et statibus imperii emisso in publ. libello accusatorio ruptae pacis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)

37 *oo)* Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam oblata Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)

38 *pp)* Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto pacis et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio electorali. Francofurti 1658. (str. 7)

39. *rr)* Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 6)

Frischmann Johann 40 *ss)* Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)

Schultz Peter 41 *tt)* Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium princ. et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 1657. (str. 28)

Frischmann Johann 42 *uu)* Classicum belli christiani ad christiani principes orbis adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 1651. (str. 37)

43. *vv)* Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum Gallicarum discussio. b. m. i r. (str. 22)

Frischmann Johann 44. *yy)* Responsum ad nuperam illam admonitionem Gallico juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. Regis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis belli contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str. 32) sk. 5. —

Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klamrami.

1773. P ę k a l s k i Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epis. Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, str. 23) br. —

1774. P e t e r e k Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcéj, przez J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl. 1) br. —

1775. P e t r i c i u s Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77)
b) Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. —

1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 1625. 4to (k. n. 50) br. 3. —

1777. P i a s e c k i Fel. Wróżka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str. 3..) br. —

1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracoviae 1635. 4to. (k. n. 8) br. — 5

1754. Paradoxa koronne publica i privatim potrzebne szlachcicowi polskiemu, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25

1755. Paritius Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia muneribus functis. Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40

1756. Parkossius Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus. Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50

1757. Parthenay v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II. Mietau 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —

1758. — Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II. La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —

1759. Paschacy Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias reditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus. Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50

1760. Pasternak K. F. Wielki świat małego miasteczka. Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25

1761. Pastorius Joach. Bellum scythico cosacicum etc. Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —

1762. — Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova. Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. —
Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.

1763. — dtto. Gedani et Francoforti 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —

1764. Paszkowski Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25

1765. Paterkula K. Welleja Historia. Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50

1766. Pauli Żeg. Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —

1767. — Pamiętniki o wyprawie chocimskiéj, z rękopismów i druków mniéj znanych. Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac potentiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos conflicta Olivae 1660. 4to (str. 22)

2. b) Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)

3. c) Wolphius Joh. Pannonia perrorata panegyrice. b. m. 1652. (k. n. l. 10)

4. d) Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hungariae. Viennae 1652. (str. 96)

5. e) Copia literarum cujusdem magnae dignationis Poloni Dn. Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Casell. Culm., in quibus amore patriae suae ductus explicat, quid sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cussini 1657. (str. 11)

6. f) Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto pacis et securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)

7. g) Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. m. 1658. (str. 27)

Frischman Johan 8. h) Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 1658. (str. 19)

9. i) Circa pacem religiosam ficta veraque propositio in Epist. ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)

10. k) Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. Posnan. super barbara Austriaci militis insolentia, in Od. Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 1658. (str. 4)

11. l) Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Elect. Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

12. m) Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Poloniae et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Principes et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)

Frischman Johan 13. n) Moguntini labores electorales, praevii et electorii. b. m. 1657. (str. 45)

14. o) Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, primum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegium elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)

15. p) Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussionis. b. m. 1658. (str. 16)

16. q) Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Regem Franciae. b. m. i r. (k. n. l. 8)

niss. ac poen-
gatos conicta

(str. 84)
gyrice. b m.

i Hungarae.

is Poloni In.
sky Casll.
explicat, qid
cis. Custini

acto pacis et
)

licum. b. n.

o. m. 163.

io in Epis.

Dioec. P-
tia, in Or.
uiae 165.

is. D. Elec.

M. Polonia
, Principe.

electorii. b

bina, pri
d collegium

discussio-

et Regem

HOMO POLITICUS,

HOC EST:

Consiliarius Novus, Officiarius & Aulicus, secundum hodiernam Praxin.

AVCTORE

PACIFICO à LAPIDE.

COSMOPOLI.

M. DC. LXIV.

HOMO POLITICUS,

Hoc est:

CONSILIARIUS NOVUS, OFFICIARIUS ET AULICUS, secundum hodiernam Praxin.

Plurimi sunt Authores, qui Hominem Politicum hujus seculi variis informant Præceptis, quorum tamen pauci pro temporum & ingenii ratione aliquid præstiterunt, verùm qui perfectum formarint formentque, præsertim ad singulas Respubl. meo judicio adhuc nullus extitit. Proinde operæ pretium existimavi, partim ex meo ingenio inventa, aliorum moribus actionibusque probata, partim ex Jesuitarum placitis, moribus, Consiliis, & denique ex Veterum & nostri seculi Exemplis hausta Præcepta, quâ poterit fieri brevitate & Compendio in chartam conjicere, unde conspici possit, quibus mediis hodiè Politici ad honorum & dignitatis culmen ascendant, & ad divitiarum ingentes thesauros, Regum denique & Principum gratiam aspirent.

Principiò naturæ quisque suæ, virium & ingenii facultates novisse debet, & probê expendere, ad quæ quis aptus sit vel ineptus, & naturæ semina sequenda potius, quàm illis adversando frustra opera & ætas insumenda. Si tamen non prorsus stupidi sis ingenii, eligas Præceptores & Moderatores conformandis moribus hujus seculi & informando animo aptos, fidos & diligentes, illis te, tua studia, vitamque totam credas, illos secteris, mo-

res æmuleris, inque omnibus te accommodes: inde fiet ut plus tibi credant, plus diligentiæ in te conferant, sibique si non pares æmulos tamen formare conentur. Illi sunt hoc tempore Lojoliticæ Societatis Religiosi, qui, dici non potest, quâ arte, quâ industriâ in omni doctrinâ & ad præsentis temporis rationem mores formare possint: neque te Religio avocet; persuasio quædam est, & superstitiosa Pietas, imò pura puta deceptio, quæ homini Politico, si finem suum assequi vult, non magni æstimanda; neq; certè (quod principio notandum) uni Religioni se mancipare ita convenit, ut ei adhæreas tenaciter, sed ut in omnibus eam simulare dissimulareque (sicut temporis & loci necessitas ex tua utilitate voluerit) semper discas: Omnes siquidem Religiones à pura mente profectæ, intentionemque & conatum colendi DEI habentes, ei gratæ sunt, ac per omnes illas salus æterna speranda: prout hoc libertinorum axioma quidam magni nominis Princeps piè defendit. Eorum Lojolitarum itaque ductam in moribus & artibus sequere.

Ad annos discretionis perveniens, elige, quid ingenio congruum, quid proposito studio sit conveniens; & tum initium à Politicorum Præceptorum libris sumendum, inprimis Machiavelli famosissimi illius Politici Itali Princeps, ut & reliqua ejus scripta iterum iterumque perlegenda, qui Consilia Politico & Consiliario Principis necessaria inter omnes Politicos optimè suggerit; ut ab ineunte ætate semper singularia præ reliquis discas, quod in aliis non item inveniatur; idque in sermone, gestibus, arte, nempe ut linguam formes promptissimam, inque omnibus expeditissimam, ut vocis gravitati adsuescas, idque si à natura non datum, Demosthenis celeberrimi Græciæ Oratoris exemplo corrigas, ut alios imiteris: Verùm enim est illud vetus verbum, Lupum quidem auribus haud teneri posse, populum autem inde maximè duci oportere, & præclare quidam ait: nemo magnam Potentiam sine Eloquentia est assecutus. Neque pudeat affectare doctiores, donec in mores proprios abeas, qui cum gravitate juncti, humanitatis quandam speciem simulatam præ se ferant, ore quidem & vultu, ut subridens quasi intuearis & alloquaris omnes, ut gestibus & aliàs illis seriò velle videaris. Alcibiadem historiæ tradunt tanta fuisse animi facilitate, ut diversis contrariisq; moribus facile consuesceret, & veluti Polypus ad subjecti soli speciem faciem

Fr. de Mauselaer. Legat. l. 1. diss. 25.

Ælian. & Plutarch. in vit. Alcib.

.ciem coloremque mutaret; adeo, ut ſecundum diverſos popu-
›s, ad quos divertebatur, variaret & mores, plane ita, ut illic na-
ts educatusque videretur. Nam cum in Lacedæmonia verſa-
:tur, gravis & ſeverus eſſe videbatur, manuque ſtrenuus, in Ioniâ
item iners, delicatus ac mollis voluptatibus pro more gentis
ffluebat: ſed cum hæc ſint omnia vulgata, plura non addo.

In hoc verò cardo rei conſiſtit, ut artem excolas: rariſsimi
nim ſunt, qui nullis imbuti litteris ac artibus naturæ tantum du-
u ad culmen honoris adſpirare potuerunt. Unicum in Galliis
:emplum in Henrico Mommorancio Conneſtabili & in Septi-
ıaniâ Prorege annotavit inſignis noſtri ſeculi Hiſtoricus: At nec
nitti debet, inquit, non modo Mommorancium neſciviſſe li-
tras, ſed ne prima quidem Elementa: ut portento haud abſimile
deri poſſit, virum litterarum penitus rudem, ſolo naturæ ge-
io ſummum rerum apicem aſſequutum, quem ambiguis tempo-
ous tenuit, tanta laude, ut Aulicorum ætatis ſuæ Princeps fuerit,
natales, ſeu fortunam attendas, aut dotes animi. Hæc ille.
circo primò quidem omnigenam tibi ſcientiam artium qua-
mvis, ſi non exquiſitam & diſtinctam, tamen talem qualem &
nfuſam compares, ut de omni ſcibili diſſerere poſsis. Si verò
genii viam præcludit ſtupiditas, medicamentis corrigere nec pu-
at, nec religio tibi ſit ad artes confugere alias, puta Memorati-
m, Lulliſticam, Cabaliſticam minorem & majorem, Magiam,
octrinam ſpirituum & conjurationum arcana, & ſimiles, qua-
m beneficio, ſi fidos præſertim Præceptores, quales ſunt ignei I-
atii Hiſpani ſocii ac diſcipuli, nactus fueris, quasvis non ſaltem
tes comprehendere perfectè, ſed ad abſtruſiora naturæ, arcana
nſiliorum, præviſos rerum eventus pervenire poteris; imò hoc
de habebis beneficii, ut quod natura tibi denegavit prorſus, hæ
es ſuppleant, ut nec ingenio, nec arte, nec quidquid inter homi-
s magnum & ſingulare habetur, te quisquam major ſit futurus.

Hiſce artibus inſtructo ſummâ curâ videndum, qui mores
ſtro Politico conveniant ad hæc tempora. Continentem habeas
guam, nihil effutias temerê, ſecundum illud.

Ne geſticulatim loquere, aut caput manusque jacta nimis,
c optimè dicta devenuſtant. Sed nec ſic, quaſi cum quo alio
is loquare, ſpectes aliorſum; tua frons ſit apta fronti, ſed utrum-
e modeſti dabis, alterna reponens.

B Gramond, hiſt. Gall. l.1.p. m.51. add. Io. de Buſſier. Hiſt. Fr. l.23.p. 473.

Io. à Chokier Theſaur. Pol. Aphor. part.2.l.3. diſc.32.

Neque quicquid in buccam venit garru, a lingua prodat; ta
cuiſſe enim neminem pœnituit, dixiſſe permultos. Pythagor
inſiſte veſtigiis, cui maximè probatum fuit ſilentium, & eoru
quæ dicere nihil attineret taciturnitas. Neque verbum ullum
à te temerariò excidat, quod non vel aliis placere, vel tibi commo
do eſſe poterit. Nec tu tam veri tenax ſis, ut non fingere tanqu
aranea artificiosè, quod ad tuam faciat utilitatem & inſtitutum
Silhon en Miniſtre d'Eſtat l. 2. part. 1. diſc. 14. tempeſtivè diſcas: hoc optime perpendens Gallus quidam ſcripſi
Le fondement de cette opinion eſt, qu' encore que le menſonge ſoit defendu, e
que ce ſoit une choſe indigne de l'homme, & une vilaine perſpective en ſa con
duite, que le de hors contradiſe ſon interieur. que la langue demente le coeur, e
que la Parole trahiſſe la pensée, dont elle eſt l'image & le Caractere; ſi eſt ce qu
perſonne n'eſt obligè de manifeſter touſiours les ſentimens. C'eſt aller to
ce quil a dans l' ame: de faire du premier venu ſon Confeſſeur & ſon iuge; e
il eſt certain que Dieu nous a auſſi bien recommendè le ſilence pour taire
Veritez dangereuſes, qu'il nous a donné le parler pour publier les neceſſaire
Ex Plat. l. 5. de Leg. Arn. Claprnar. de Arcan. Rerump. l. 1. c. 6. Ac ſi juxta mentem Platonis crebro mendacio & fraude imperar
tes uti oportet ad commodum ſubditorum, cur non æquè Polit
cus noſter in commodum ſuum privatum? Aliorum etiam dict
& facta ne facile prodas, niſi quando nocere poteris illis, vel pro
deſſe, qui mutuo tibi officio paria facere poſſint. Et cum op
nione homines citius quàm vero moveantur, ita mores formand
ut tibi proſint, aliis ſint accepti. Non aliter autem prodeſſe po
ſunt, niſi cum ſententiam tuam & vera Conſilia credis nemini; ſe
ſimulare diſſimulareque maturè diſcas: Hanc quippe virtutem
ſibi familiarem reddere noſter Politicus enixiſſime laboret, ſi e
nim ea in privatis contractibus locum habet, uti JCtus ait, poſſe ſ
l. 1. D. de Dolo Malo. ne Dolo malo aliud agi aliud ſimulari, quanto magis in Politicis
Cic. l. 10. Ep. 9. Hinc perbelle Romanæ eloquentiæ Parens: Ut ad effectum, ai
Conſiliorum ſuorum veniant, multa oportet ſimulent inviti, di
Tacit. an. 3. 4. 4. ſimulentque cum dolore. Legimus Tiberium, ut iram, ſimulatio
nem ſecretaſque libidines meditari, iiſque ſe adſuefacere poſſet
Rhodum in exilium deceſſiſſe; ita tu diſcede in animum tuum a
fectusque tuos omnes cohibere, falſa ſimulare, libidinemque o
cultare diſce. Nihil tam nocet Homini Politico nocuitque, quan
Val. Max. l. 2. c. 2. apertus animus, lingua veri prodiga, Conſiliorumque detectrix
Cum enim taciturnitas tutiſsimum rerum adminiſtrandarum
Q. Curt. l. 4. c. 49. vinculum dicatur, & rectè Curtius ſentiat, neminem res graves ſi

ſtinere

tinere posse, cui tacere grave. Inde si non alterius solùm tui commo-
di causâ taciturnitatis laudem habeas. Bene Poëta:

> *Eximia est virtus, præstare silentia rebus:*
> *At contra gravis est culpa, tacenda loqui.*

Et alius quidã scitè dixit, quanquã non in omnibus ad nostrum scopũ; *Ex Anaxandre Comico Chokier. Thes. Pol. Aphor. p. 1. l. 3. c. 15.*

> *Commissa cui sunt verba, ceu depositum,*
> *Si retegit, est iniquus, aut est garrulus,*
> *Si spe lucri, est iniquus: hac sine garrulus,*
> *Censendus autem uterque pariter improbus.*

Magis necessaria sæpius est scientia tacendi, quàm loquendi:
ucque possunt accommodari, quæ subtilis ille Italus de Secretariis
'rincipum prodidit; Ego, ait, edoctus sum, nullum Secretarium (Poli-
icum, Aulicum, Consiliarium) secus ac alii existimant, esse laudan-
um, qui lingua promptus est, sed qui benè tacere novit. Itaque ca- *Tr. Boccal. Parnas. Ragg. 38. c. 1.*
eas ne varias res crebrò sciscitcris ab aliis, tuum commodum præter-
m nil attinentes; hinc enim suspicio garrulitatis apud Prudentes o-
itur, secundum illud, Percontatorem fugito; nam garrulus idem est,
n omnibus quippe auram, cujusvis frugi Politicus captare debet. Non
erò taciturnitati studeas, ut aliis potius quàm tibi prosis, sed ut tibi
ec noceas. Itaque si quid prolatum velis, unde emolumentum venari
osis, arte id per alios arcanorum aucupes vel quocunque modo facias:
x eo hoc commodi habebis, ut animum eorum, quibuscum necessa-
ò conversandum, aucuperis.

Cavendum certè à Conversatione multorum, ut & à familiarita-
: nimia parium præsertim & inferiorum, à quibus tibi nil commodi
cujus Homo Politicus studiosissimus esse debet) præter contemptũ
: diversorum sinistra judicia provenire possit. Insignis hac in parte
tifex fuit Dux ille Gallus Espernonius, qui rarò sui copiam faciebat vi- *B. Gramond. hist. Gall. l. 3. p. m. 126.*
ndo ex familiaritate contemptui: celabat se in ostentationem, quò
ajor audiret. Prudentis est oblivisci neque novisse, cujus nihili fa-
iunda gratia, inquit Comicus, ita de te nemo unquam judicare pote-
t, & tu potius aliorum, quàm alii tuum, explorabis animum: quia verò
erus animus tuus neutiquam alteri est detegendus, tu quidem Ale-
andrum VI. Pontificem maturè imiteris, qui annos 36. Cardinalis
ultorum Pontificum mores observans, callidè in suum usum longâ
xperientiâ contulit. Ut porrò pseciosè jurare discas, quò alios fal-
ndo, tu tamen omnium amorem & commodum habeas (jusjurandum
nim non perdendis sed servandis rebus natum est) quod tamen

caveas

caveas ne fiat, nisi necessitate efflagitante. Lysandri hominis versuti dictum fuit; pueros tesseris, viros juramentis decipi debere. Apage tenellam planè conscientiam Ferdinandi II. Arragoniæ Regis, qui nihil unquam quidquam tam detestabatur, quàm perjurium, quàm fallaciam ut crebris sermonibus jactaret, malle se mori quam fœdari. Imitandos tibi propone Parthos, apud quos fides dictis promissisque nulla, nisi quatenus expedit; ac præfatum Alexandrum VI. de quo fertur, quod nihil minus præstiterit quàm jusjurandum, & tamen doli cesserint ei feliciter. Verba magni Machiavelli latinitate donata non pigeat adscribere: Is, (Alexander VI.) inquit, nihil quàm mortalium impostorem egit, nihil quàm ad omnem malitiam & fraudem (quo hominum genus falleret) mentem suam exercuit. At qui reperit subjectam quam tractaret materiam, in asseverando autem qui magis fuerit efficax, aut qui speciosius juravit jusjurandum; vicissimque qui minus præstiterit, nemo unquam fuit: nihilo secius doli nunquam non commodè ei cesserunt. Hanc enim fallendi artem probè callebat. Hæc Politicus. Hoc tamen facias apud inferiores, si extrema necessitas facti alicujus minus honesti, utilis tamen tibi, tui excusationem exposcat, apud eos præsertim, qui vel judices vel arbitri sint futuri (sæpè enim in vita Politica s. Civili malitiosi nobis aliquid præter spem molestiæ afferunt:) apud superiores autem, ut fidem merearis, gratiam & clementiam consequaris, & omnem perfidiæ suspicionem amoveas ac te eâ eximas. In rebus dubiis, contra delatores rarius de crimine alicujus judices, quod levitatis notam habet. In omnibus autem actionibus honori & dignitati tuæ servientibus ut fallas alios fallaris à nemine, diligenter attendendum: fallis autem alios, si perspectis aliorum ingeniis, moribus, arte, & conversatione, nullis neque in privatis Colloquiis, neque publicis cōsiliis, qui tibi nocere, quique prodesse possunt, contradicas, laudes omnes, omnibus subscribas, atque in omnibus te ingenio aliorum accommodes, probeque observes hoc Distichon:

Qui fidus nullus, affabilis omnibus, omnes
Decipit, hunc primo suscipit Aula loco.

Hinc enim fit, ut animum suum tibi credant, arcana aperiant, inque secretiora Consiliorum suorum te admittant, ex quibus deinceps, quid in rem tuam sit, remotis arbitris facilè elicere potes. Si tamen aliquid agendum, quod alios offendere potest, sive in publicis, sive in privatis, illud non ipse sed per alios facias; itaque semper tibi habeas homines imprudentes, ambitiosos, nec rarò seditiosos, temerarios delatores, calu-

Plut. in Lacon.
Æn. Sylv.
Iustin l. 4.
Machiav. Princ. c. 18.

[ca]lumniatores, exemplo duorum apud Regem Angliæ Henricum VII. Ministrorum Empsonii & Dudleii, quorum copia facilè datur, illorum operâ clàm ita utaris, ut magis, si quicquam actum, illorum temeritati, quàm tuæ calliditati adscribant, & præsertim si ita clanculum moderatus fueris tuas actiones, ut cui tu adversæ is dubia subministrare possis consilia eademque habeas, quæ tuis Administris suggeras, ut si in adversum ceciderint, tuo arbitrio ea interpretari possis. Ne fallaris, animum & consilia, uti dixi, tibi serves integra, inque dictis & factis, antequam aliquid aggrediaris, omnes circumstantias probè excutias, finem maturè proponas, non gladiatorum more consilium in arena captes; nam juxta Lucianum,

Fr. Bacon. hist. Henr. VII.

Tardum Consilium longè præstantius,
Præceps autem semper habet comitem pœnitentiam.

Sed prudentes imiteris, qui non modo quæ ante pedes sunt, cernunt, sed & futura prospiciunt; uno verbo, quibus cauta consilia potius cum ratione, quàm prospera ex casu placent, ut cum Tacito loquar. Cave cum Ludovico XI. Gallorum Rege, fortunæ quicquam tuarum actionum committas, sed vel astu, vel simulatione, vel aliâ quâvis arte prudens possis evadere & finem tuum assequi: sicque soli tibi rem agis cautè, nisi sis planè stupidus; res ipsa suggeret modum & rationes alios fallendi, gloriam, honorem, commodum, cum aurâ populari assequendi, paritque hæc res admirationem, si quod aliis ignotum, tu prospicere & prædicere possis.

Tac. hist. 2. 25. 3.

Ph Comin. l 4 c 1 de Reb gest. Lud XI.

Ut autem mores tui aliis sint accepti, etiam atque etiam videas, ut te superioribus sermone, gestibus accommodes, omnia simulando dissimulando ad captum, ne tu adulationis aut assentationis suspicionem incurras, præsertim apud Principes: id enim ut contemptum apud pares, ita non rarò odium tui Principis conciliane facilè (ut ut Assentatores in Aulis locum præcipuum obtinent) eventum rerum tuarum minimè felicem experiaris. Ideò vellem, ut quàm diligentissimè ponderares considerаresque Prœmium à Cajo Caligula Cæsare Adulatoribus & Aulicis datum hoc modo; quum Publius Afranius Potitus homo plebejus, stulta quadam assentatione non modò volens, sed etiam adhibito jurejurando promisisset, si (ægrotus) Cajus convalesceret, se libenter

Dion in vit. C. Calig.

moriturum: Quinque Afranius Secundus, vir Equestris Ordinis, dixisset se velle ob eandem causam in singulare certamen descendere, ambos pro pecunia quam se speraverant accepturos, quod vitam pro Cajo profundere voluissent, coegit (Cæsar) promissa facere, ne pejerarent. Severa castigatio! Ergo adulationem ceu pestem fuge. Cumque hodiè nulli sint in Aulis Principum acceptiores, nulli feliciores parasitis, quibus plurima Principes largiantur, ii verò, quibus onus gubernationis incumbit, vix admittantur, raroque remunerationem laborum accipiant, cum tamen virtutum præmia tribui merentibus conveniat, ne tamen dedecus pro gloria præmium Assentatorum habeas, cautè Principi assentiaris, ne videaris esse ex eorum numero, qui tam noctu quàm interdiu permulcent aures suis Principibus, nec tantùm applaudunt dictis eorum singulis, sed & prolixè eos ornant laudibus, quos tamen execrantur taciti, quantumvis fausta ominando propalam, ut Philo adulatores assentatoresque aulicos depingit.

Philo libr. de Migrat. Abrah.

Non perpetuò Principem tanquam umbram secteris, neque prorsus conversationem ejus fugias, sed cum ipso tanquam cum igne age, à quo non adeò abes, ut illius calore foveri non possis, ne sic illi appropinques ut illius incendio ipse conflagres. Verùm probè observes si quando curis vacuus Princeps ad lætitiam solvitur, tùm autem seria (non molesta) afferens, animo ejus facetiis singularibus (non tamen scurrilibus, vel sordidis, aut asperis quæ acrem memoriam relinquunt) cum gravitate quadam indulgeas. Itaque non minus facetiarum, historiarum, quàm sapientum consiliorum copia pro temporum diversitate institutum oportet esse politicum. Pocula etiam, si quando necessitas efflagitet, non detrectes, more nostri seculi laudabiliter fere ubique recepto: imo aliquamdiu Principem largius invites, tum præsertim, quando aliquid commodi speras (quod Lojoliticæ Societati solenne medium & arcanum status, hamusque ditandorum Collegiorum hactenus fuit) sicque assentationis vitium declinans optimè cum Principe conversaberis. Vulgaris Politica præcipit, ut Princeps Ministrorum suorum ingenia noscat, secundum illud:

Tac. an. 15. 68. 4.

Principis est virtus maxima nosse suos.

Sed tu cave animum tuum exploret, versutus sis atque versatis, cautè tamen in quamvis partem tanquam rota figularis, vafer & involutus, addo ac astutus, ut tu potius ejus conversatione prope

ignoſcas ingenium, antequam audacter cum eo converſeris; vide
is ut tam peritus fias in ingenio & moribus Principis, quam in e-
us negotiis. De reliquis cum aliis ita vivas, ut ſumma huma-
nitas in vultu, verbis, geſtibus appareat, omnibus te promptum
& paratum offeras, ſtudiis, ſervitiis, ut ante dictum & ſæpe dicen-
dum.

Cum autem homines ſtudioſi ſint plerumque proprii commo-
di, neque neceſſe eſt, ut adjuves omnes, in contemptum enim
facilè incurrere potes, ſi quid denegandum, vel promiſſum non (Tacit. hist. 3.58.5.)
præſtandum: itaque cave ne in promiſſis tuis more Gallo-Germa-
norum ita ſis prodigus aut largus & immodicus, ut facultas factũ
præcludat (quod levitatis ſuſpicionem adferens odii cauſa ſæpe
exiſtit:) ſed ita modereris affectum benevolum, ut de te magis
expectent futura quàm petant præſentia. Propone hac in parte
tibi imitandum Atticum, de quo ſic Author: Quicquid rogabatur, (Corn. Nep. in Attic.)
religiosè promittebat; quod non liberale ſed leve arbitrabatur,
polliceri quod præſtari non poſſet. Rerum Gallicarum habenas
moderans Luynæus apprimè hoc in paſſu meum inſtruere poteſt
Politicum: hic enim naſcente fortunâ Comiti Ludæo, Ducis Au- (B. Gramond. hist. Gall. l.3.p. 234.)
relianenſis informationi admoto, viro proſapia illuſtri ſæpè pro-
miſerat (ſi aliquando rerum potiretur) procuraturum ſe res Co-
mitis, effecturumq́; in Ducatum erigeretur Comitatus Ludenſis:
At enim nihil promiſſis conceſſum: negatur Comiti Ducem eſſe;
fortaſſis Luynæus non è re ſua eſſe prævidit, ſi promiſſa imple-
ret. Inſta, mi Politice, & ſequere.

Moribus formatis videndum tibi eſt, qualem vitæ velis eli-
gere conditionem & in quo loco: Quum enim vita noſtra, maxi-
mè politica, non conſiſtat in ſpeculatione, ſed actum requirat,
ſtolide faciunt, qui ætatem in vita domeſtica agunt. Proinde tan-
quam meta vitæ conditio proponenda, non minus qualis illa ſit,
quàm quo loco ineunda: quæ facile eligi poteſt ex naturæ inclina-
tione & loci occaſione in quo victurus ſis. Ex ſingulis deinde Præ-
ceptis Politicis (Doctrina enim Politica ut eſt ampliſſima omni-
um gentium, ita ſingularium diverſiſſima: ut ſtolidum ſit omnium
rerumpubl. perſcrutari formam Politicam) ea eligere debes quæ
neceſſaria ſunt ad tuam conditionem & Reipubl. ſtatum ubi vi-
tam acturus ſis, cujus omnes articulos perſcrutari, & tanquam

tuos digitos tibi reddere familiares ſatages. Conſilia, facta, rerum eventus; & talia, non quæ ſunt in utilitatem publicam facientia, (id enim quilibet facit, qui ſe & ſuos negligit) ſed tuis commodis & fortunis præcipuè ſervientia obſervabis, ut ea in praxin deducere poſſis: neque quibus hæc fieri poſsint rationibus cures, modò aliquam honeſti ſpeciem præ ſe ferant, nec multum labores, ne in eorum vitiorum infamiam incurras, ſine quibus ſcopum tuum non facilè aſſequi poſſis, ut de Principibus ait Machiavellus. Cumque nulla ſit fueritque Reſpubl. quæ non viros habuerit, vel authoritate præclaros, vel divitiis abundantes, & uno vel utroque nomine Principibus acceptos, hos tibi ad imitandum propone, ex illorum factis & conſiliis, quid in rem tuam ſit, promas, neque id præcipuè æſtimes, quid laudis apud vulgum obtinuerint, ſed quid divitiarum & potentiæ reliquerint, quò conſilia ſua direxerint, quem vitæ actionumque finem & ſcopum habuerint, ut maturè in omnibus quæ proſunt imitari, quæ noceant fugere & declinare diſcas. Deliberandum porro tibi, an ſerviendo vitam tranſigere, an aliquando alios tibi ſerviturus; hoc eſt, an ſtatum quo victurus ſis conſervare vel mutare, & Regiminis partem vendicare cupias: in utroque modum monſtrabo.

Vid. Chr. Beſold. diſſ. de Arc. Rerump. c. 1. n. 4.

Loco ubi officium tuum elocare velis, prima cura animum ſubeat, ut te illi adjungas cui ſuccedere velis, ſi ſit apud Principem in gratia & authoritate populi: ſin autem nec gratiâ nec authoritate valet, illum qui primas tenet, (ſi præſertim videas inter illos occulta eſſe diſsidia, ut alter alterum cupiat ſuppreſſum) omnibus ſecteris ſtudiis, affectus ejus foveas, promoveas, qua poſsis arte, frigidum ſuffundas, ut altero ſuppreſſo ſuccedere poſſis. Prior tamen modus crebrior eſt (non rarò & uterque modus conjungitur, quod exemplis non longe petitis poſſet comprobari, niſi odioſa forent) cum ſemper reperiantur homines docti ſimplices & pii, qui literatos amant, illis præcipuè delectantur, qui literis & moribus præclari & rationibus præclarè inſtructi, ad omnia ſervitia officioſi & templo, & foro ſe applicare poſſunt; horum tu obſerves & mores, & actiones & conſilia omnia, ut omnibus ad nutum te accommodare poſſis, donec favorem occupes, & promotionis ſpem habeas; ubi meo conſilio tibi cujuslibet conditionis officium nullum detrectandum eſt; ita tamen ut ad altiora adſpirandi non præcludatur aditus.

Primum honoris gradum nactus, cum officii ratio familiaritatem aliorum exposcat, in eâ ita te temperes, ne aliis ex tuo ore sapere videri velis, neque consiliis & votis aliorum semper contradicas, aut aperte te opponas; prius arrogantiam, posterius odium apportare facilè poterit: sed omnia consilia votaque repetita laude approbes, secundum illud; ais, ajo; negas, nego; ne omnem auctoritatem crebris contradictionibus (ut loquitur Tacitus) destruas. Si tamen tibi adver- *Tac. Ann. 14.4.2.* entur, in tuum sensum commoda explicatione flectas, ut tuum subjiciens videaris habere aliquid reconditæ prudentiæ, quod alii in te desiderent: hinc auctoritatis & gratiæ affectus sequuntur; cum præsertim n conversatione privata humanitatem singularem simules, ab amicitia ntima alienus, ac usitato fraternitatis titulo in ore, quem tu cave in aimum dimittas: cum non sit Politici, contra suum commodum & horem alicui præter verba fidum præstare obsequium, aut animi reconita detegere. Quo aliquantum observato, interea observandi tibi otentiorum & primariorum familiarium mutuæ amicitiæ & affectus, el multorum in unum alterumve, cujus tu præsertim ambis dignitarm & officium, odia. Id videas, cui tandem in iis quæ tibi tuoque onori inserviunt, abstrusiora credere, & finem quem propositum haes, eorum consilio ac auxilio assequi possis.

Cum autem hominis natura planè sit politica, quæ alterius ope eens ex eo vinculum sibi quærat, & nanciscatur, neque ulli unquam sit lendum; itaque etiam atque etiam videas, ubi affinitatis jure aut mamonio ad secretiora affectus admittaris, tum omnibus modis laboindum, ut vel filiam vel illius agnatam ducas, cujus familia apud Prinpem fuerit sitque in gratiâ, sit ampla & potens, qui vel ipsi, vel per als te non promoveant (id enim est abjecti animi) sed tu conatus eon juvare videaris: per istiusmodi affinitatem enim multos tibi cogatos amicosque conciliare potes, ut Livius ait de Servio: Hinc ille *Liv. l. 1.* tè dixit: Matrimonium est ad majora nitenti decus ac robur. Cumq; jn ante tibi fuerit notus in hunc vel illum animus, non quod tu velis *Tac. Agric.* promovendi, sed ulciscendi illius injuriam gratiâ, hunc remotum, *6.1.* omnia agas, ita tamen ut affectum tuum sartum tectum erga illum reens nihil à pristina humanitate discessisse videaris: si quid controsiarum inter illos ortum, coràm si non excusare possis, culpes, deplo- nullius te participem simules, & ita animum explores: sique in suione fueris, tum demum locus erit, ut jurejurando exquisitissimo te ges, quo homines commoti abhorreant quicquam mali de te cre-

dere, præsumere aut suspicari. Non desines autem aliis consil[ia] subministrare occulta, ut illi per suos (quos tu apud eum instimule[s]) te ignorante persecutionis & oppressionis apud Principem semin[a] spargant, odium illius excitent, ut causæ sint removendi & ejicien[di] ab officio: ne verò suspicio apud alios, qui multum præstare possin[t], oriatur, unde periculi quicquam metuendum, non modo juramen[to] privato te purges, inscio te omnia esse facta, verum & officium detr[e]ctes, cum Tiberio, qui, cum occulte Matris artibus & paucorum co[n]siliis imperium ambiret, ita moderatus est omnia, ut oblatum mag[is] respuere, quàm desideratum acceptare videretur. Quod si min[us] tutum videtur, hoc age, ut vel dejiciatur si possibile est: prout Luynæ[us] æmuli sui Arnousii Jesuitæ (quem Regis Galliæ Ludovici XIII. co[n]scientiæ nuper admoverat) affectati in Aula rerum imperii suspec[ti] secessum procurasse scribitur: vel cum gratia tanquam emeritus dim[it]tatur; vel quidem in officio conservetur te tamen adjuncto; vel ide[m] ad alia promoveatur, ut Tiberius Germanicum ad alia ac alia offic[ia] promovisse legitur. Inde Historicus ait: Tiberius specie compone[n]di Orientis Germanicum dolo simul & casibus objectare destinav[it]. Otho specie legationis in Lusitaniam seponebatur. Mucianus in S[e]cretum Asiæ repositus est. Hoc modo Theodorus Styppiota Con[si]liarius Manuelis Comneni Imperatoris Constantinopolitani rem a[g]gressus, solus in gubernatione Imperii apud Cæsarem omnia admi[ni]stravit: nam Collega Johanni Hagio-Theodoritæ ejusdem Cæsa[ris] Consiliario solers adjunctus, iis dignitatibus non contentus ad su[m]mum fastigium plenis velis ferebatur. Oblatâ igitur opportunit[a]te dissidiorum inter virum Nobilem Michaelem Palæologum & Jo[se]phum Balsamenum, cui Hagio-Theodoritæ Soror nupta erat, co[n]silium suum urget, ac Hagio-Theodoritam è Regia, tanquam è cœl[e]sti specula, in extremum angulum Præturæ Græciæ & Peloponn[esi] exigit, ad provincias eas rite constituendas, eorumque virorum di[s]sidia dirimenda. Cæterum Johanne iter adhuc adornante, fortu[na] discessu ejus non expectato, ad Styppiotam transiit; eumque cu[pi]de & familiariter amplexa, ad omnes dignitatum gradus pro tem[po]ribus evexit, & gloriam gloriâ cumulavit. Si verò & hoc commo[de] fieri non potest, tu ipse quam diligentissime attende tempus, quo [il]le propter morbum vel legationem, vel aliud aliquod negotium ab A[u]la absens est, tum incipe ejus ruinam apud Principem operari no[n] de-

Vid. lo. l. 57 Tac. an. 1. 13. 5.

B. Gramond. H. G. l. 11. p. 516.

Tac. ann. 2. 5. 1.

Tac. an. 13. 46. 5.

Tac hist. 1. 10. 1.

Nicet. Choniat. in vit. Manuel. Comn. T. V. Histor. August. p. 534.

eque, primum insinuatâ diffidentia, exin odio, uti Arbiter Re- m Gallicarum Luynæus æmuli sui Mareschalli Ancræi casum âm felicissimè procurasse, ac sibi primarii Ministri munus a- d defunctum Regem Ludovicum XIII. ſ. justum acquisivisse fer- r.

B. Gramond. H. G. l. 2. p 156. Io. de Bussier H. Fr l 24. p. 500.

Hoc in contrahendo matrimonio inserendum duxi necessa- um, ut conjugem ducas tuæ naturæ, tuisque moribus, quantum ri potest (quod tuis artibus, quæ rarò fallunt, explores) con- rmem, taciturnam, quam formare tuarum actionum adjutri- m (exemplo Mareschalli in Gallia Ancræi, qui per Galigagam orem Reginæ percharam, familiæ suæ augmentum, primosque Aula favores sibi acquisivisse traditur) & cui tutò credere ac lere possis; ne quod Fabio Maximo evenit, garrulitas uxoris retorum consciæ tibi afferat necem vel periculum saltem: di- a est illa historia ut tota adscribatur: Fulvius (Fabius Maxi- us: erravit enim Historicus in nomine) verò Cæsaris Augusti nicus, cum jam senem eum sæpius querentem audiret de soli- dine suæ Domus: quodque duobus Nepotibus fato functis, sthumo, qui solus reliquus; ex calumniâ nescio quâ exulante, geretur uxoris suæ filium ad successionem Imperii vocare, anquam miserans & consilium captans revocandi ab exilio epotis: cum inquam hæc audiret Fulvius, enuntiavit suæ uxori: a Liviæ. Livia autem acerbè cum Cæsare egit, cur, quoniam m pridem id decrevisset, non accerseret Nepotem, sed se odio vidiæque successoris objiceret? Venientem igitur de more anè Fulvium, & solitum illud dicentem Ave, Cæsar resalutavit: ale, inquit, Fulvi. Atque ille id intellegens domum se illico bduxit, & vocatâ uxore: rescivit, inquit, Cæsar, non siluisse me cana. Ideò mori mihi decretum est. Uxor autem: jure, ait, uoniam tam diu mecum habitans vivensque nec noveris nec veris intemperantiam meæ linguæ. Sed præcedam tamen & o, & accepto gladio, se ipsa viro coram interemit. Ergo tu, ô litice, magnam adhibe hac in parte cautionem, ne idem te ma- at infortunium: multa enim ad augendas fortunas per xorem tibi expedienda sunt, imò plurima, quæ quasi te scio cum aliis agat: si verò ea cedant in commodum um, taciturnitati ut maximoperè ea studeat necesse est.

B. Gramond. l. 2. p. 140. & Io. de Buss. hist. Fr. l. 24. p. 498.

I. Lips in Annot. ad Annal. Tac l. 1 p. 11. ex Plutarch.

Deinde

Deinde ne affines tuos tuis adjuves opibus, eosque fortunatiores reddas tuis fortunis, inde enim lites plerumq; oriuntur; unde etiam Politico non raro solent evenire adversitates: sed eos quoquo modo promoveas, & Luynæi Galliæ Regis supremi Ministri insistas vestigiis: qui Brantæum & Cadenetum fratres una secum trahebat, quo fortuna monstrabat iter: si quid immemor aut sponte prætermiserat, legebant fratres eo avidius, quod utrique erant domi res angustæ & tenues. Ut sic aliunde auctis divitiis te venerentur, te observent, perpetuaque gratitudinis argumenta exhibeant: quiq; te, quando opus, defendere possint: tutissima quippe & utilissima sunt beneficia, quæ quis de alieno suis largitur, fortioreq; vinculo obstrictos reddunt gratitudinis. Notes tamen, ô Politice! & hæc diligenter; ne etiam tuis secretissima, quæ per te expediri possint, neq; alterius ope indigent, negotia credas: se-nim alios adhibueris metuendum tibi semper, ne, quando illos forte offenderis, prodant tua consilia: nulla namque major inimicitia, quam quæ inter consanguineos oritur: quæ quoquo modo avertenda. Sed hoc enixius observari debet, quo majorem dignitatem & regimen imperiumque delegatum à Principe sis con-cutus.

B. Gramond. H. G. l. 2. p. 171.

Major Auctoritas, major apud omnes gratia acquisita, majorem curam callidorum consiliorum exposcunt, ut Principis gratiam, auctoritatem, & amorem populi non conserves modo, verum subinde augeas. Arduum hoc & difficile: cum enim Auctoritas & Gratia sint fluxa ac instabilia, nisi fulcro divitiarum & potentiæ nitantur: paupertas enim nihil nisi contemptum parit, ad inferiorum opem non raro nos adigens, ut verissimum illud sit:

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi ———

Hinc optime egit Phormio, quando repudiavit imperium classis Atheniensium: quod sibi ob paupertatem non sat auctoritatis apud milites fore diceret. Summa ergo requirit necessitas, ut divitiarum curam, auctoritatis & gloriæ antevertas: quibus homines maxime & honoris & amoris affectus concipiunt. Hinc bene, nescio quis, ait:

Ex Pausan. Attic. H. Arnisæ. de Republ. l. 2. c. 2 l. 6. n. 73.

Quantum quisq; suâ nummorum possidet arca,
Tantum habet & fidei.

Expeditum hoc tibi dabo, si prius præcepta quædam dilucidius proposuero.

Dixi simulanda esse omnia, in eoque Tiberium imitandum; qui *Dion in vit. Tib.* cum esset ingenio insidiosus, & commodi proprii studiosissimus, semper simulabat, ea se velle quæ nolebat, & contrà; his quasi infensus, *Tac. an. 1. 1.5. 1.33. 4.4. 31. 3.* quibus consultum cupiebat, iis quos oderat, benevolus quasi apparebat hinc verba ejus plerumque obscura, suspensa : nunc perplexa, nunc in speciem recusantis composita. Michaelem Calephatem Imperatorem Orientis produnt historiæ fuisse ingenio subdolo, etiam *Ex Cusp. Besold. hist. Constant. p. 169.* linguâ ab animi sententia dissentiente ac discrepante; alia tegere, alia dicere solitum fuisse: De Duce Espernonio Gallo legitur, ei fuisse sublime ingenium, implicita mens & obscura, arcani capax : Iccirco o- *B. Gramond. H. G. l. 3. p. 22.* mnibus benevolus appareas, inferioribus, paribus; in sermone, gestibus, in omnem humanitatis speciem demissus: amicis pariter, ac inimicis. Imò his quàm illis majorem quoad faciem, quoad verba, quoad gestus, benevolentiam simules, etiam interdum (sed rarissimè) quoad effectum: exemplo Germanici, qui cum Pisone acerbissimo in- *Tac. an. 2. 55. 3.* imico tanta mansuetudine agebat, ut, cum orta tempestas raperet Pisonem in abrupta possetque interitus inimici ad casum referri, miserit triremes, quarum subsidio discrimini eximeretur: si præsertim quacunque ratione nocere tibi possunt; inde enim triplex tibi commodum; ut illi inimicum, si quem fovent, affectum deponant; non facilè delatoribus credant; ac denique te hominem Christianum autument, qui et inimicos diligere possis; atque triplici nomine à suspicione liberatum te aliis commendent. Mariam Medicæam Reginam Galliæ, Uxorem Henrici IV. artem simulandi dissimulandique optime calluisse historica monumenta tradunt: in tantũ, ut omnem à primario Regis Ludovici XIII. Ministro Luynæo sibi illatam injuriam probè dissimu- *Gramond. H. G. l. 3. p. 230. & 232.* laret; si quando palam de ipso proloquuta, perhonorificè dixit, ut ne quidem sensisse injuriam diceres. Postquam illa aliquando Cosieras venerat, Regis pr nuncius Luynæus huc se citatis equis confert: intromissus invidiæ detergendæ ergò provolvitur in genua: defixusque in Reginæ vestigia, in modum adorantis, fimbriis tunicæ inprimit oscula. Regina æmula utrinque dissimulatione, lapsum erigere, prensare manum; placideque arridere ut fido & amico. Illi pro veneratione silentium est: dumque palpitans hæsitat specie timentis, Regina sic inquit; Lætam se aspectu viri, qui Regi inter intimos est: nec defuturam promovendo in gratiam Regis, & si quid adjici possit fortunæ viri, qui

ſe collaturum opem ſuam promiſit conſervandæ, quæ in præſen eſt, filium inter & matrem concordiæ. Hujus illuſtris Reginæ inſi ſte veſtigiis, & ſalvus eris. Candidatos Conſulatus Romæ imiteris hi petituri conſulatum, præterquam quod multos ſibi conciliar coacti ſint amicos, qui Salutatores, Deductores, Sectatores, quæ vis officia honoris ipſis exhibendo, alios cives in ſimilem affecti amoris & officiorum pertraherent; hoc primùm ſummâ curâ & ſtudio attendebant, ut nomina ſingulorum civium ex Nomencla tore (ita eum vocabant qui nomina civium deſignata Domino ſuo recitabat) diſcerent, eosque ſuo nomine ſalutarent quotidiè, ami cumque affectum ut & humanitatem ſingulis declararent. und ſpem bonam futuræ adminiſtrationis & officii apud cives ſuſcipe rent, eumque ſuo calculo juvarent: ita tu in officio novo omnes ſa lutes, & quantum fieri poteſt, ſingulorum conditionem & fortu nas, illorum præſertim, qui tuam opem & promotionem in Aula expoſcunt ſæpius, qui te populo recommendatum reddere poſ ſunt, noſcas; ut petitionem illorum prævertens promotionem & & auxilium offeras, idque amicis pariter atque inimicis ut dixi verbis prolixis, tanta humanitate & benevolentiâ facias; ut ſi ve non poſſis vel nolis illos adjutos, facilè tamen ſi non excuſare va leas (ad quod laborandum) humanitas illa laudem habeat, ut quod unus in te culpet, ſi ab alio lauderis, humanitas illa culpam diluat, quam in aliis auſteritas mereri videtur. Adjuvandi autem promovendique ſunt tibi omnes, unde ſpes utilitatis aliqua lucet (id tibi felici Politico apprimè curandum, nequicquam facias un de commodum non proveniat) neque attendendum, an merean tur vel non, dum tu merearis aliquid: idque ſine periculo & diffi cultate facere poteris, ſi tibi ſoli gubernationis partes demanda tæ ſint. Si verò Collegas minus fidos faventeſque habeas, alia in eunda ratio: videndum enim tum ſummâ curâ cujus ſint ingenii Hoc autem etiam atque etiam agas, ut ad omnia officia, ſuperio ra præſertim, homines vel timidi, vel ſubjecti animi, aut avari, vel indocti, vel denique juvenes, qui per ætatẽ nec judicio pollentes, nec experientiâ edocti, inconſtans conſilium, nec pertinax recti faciendi propoſitum habent, promoveantur: ſic illos metu deterri tos, aut ſpe commodi commotos, iſtarum rerum experientiâ flu xos, à tuo nutu dependentes: hos ob authoritatem & prudentiæ perſuaſionem facili negotio flectere poteris, ut in tuam non modo

Io. Roſin. Antiq. Roman. l. 7. c. 8.

de-

escendant sententiam, sed & ad nutum pareant. Id quod probè
bservavit Nicephorus Botoniates Imperator Orientis, qui publi- *Chr. Besold. hist. Const. ex Manass. p. 124.*
orum negotiorum procurationem committebat hominibus lin-
gas barbaras usurpantibus, rectè loqui nescientibus, totos dies in
apula & ebrietate conterentibus: quorum & familiæ & Parentes,
i maximè, serviles erant: tam animo quàm judicio barbarissimi,
guis Scythicis, intellectu pronunciatuque difficilia garrientes.
Manuel Comnenus ibidem Imperator in Oriente, qui eunuchis, *Nicet. in vita ejus T. VI. hist. Aug p. 345.*
bicularìis, aliisque ex peregrinis nationibus ortis semibarbaris,
i expeditius spuebant quàm loquebantur, tanquam observan-
imis & fidelissimis Ministris non modo summos Magistratus
debat, sed pro Tribunali juris dicundi Provinciam in causis dif-
limis, quæ vel peritissimis legum negotium facesserent, assi-
abat. Cum aliqua Provincia describenda erat, istiusmodi cœ- *Zonar. in ejus vita. T. IV. hist. Aug. p. 773.*
eruditis proponebatur. Et Constantinus Leonis filius, Impera-
Orientis, in conferendis Magistratibus non dignos præturis a-
ꝗ muneribus præficiebat: sed minus bonos ac potius impro-
s. Idem observavit Constantinus Monomachus Imperator: hic
m dignitates promiscuè in indignos contulit. Hac via felicissi- *Zonar. in ejus vita. T. IV. hist. Aug. p. 813.*
incessit sæpius dictus Luynæus, de quo Author hæc refert: Ad-
ventur item Regi (Ludovico XIII.) Desplanus, Marcilhacus,
ꝗ id genus capita, magna pars è fece vulgi: à publica admini- *Gramond. H. G. l. 3. p. 213.*
tione illum divertendo, si aliquando Regem se meminisset:
n Luynæus regni gubernaculo totus incumberet. Neque
quam facesset tibi persuasio, quin tibi hæc viliora capita ul-
summam rerum committent, ad omnia obsequiosi futuri ser-
a. In omnibus autem promovendis cave, ne aliquis ex virtu-
meritis promoveatur potius, quàm gratiâ: ita persuadeas u-
, ne ultro quisquam vocetur, sed omnes supplicatione oblata
nt officia: hos demum ex tua gratia promotos esse persuade-
nde apud omnes dictatoriam autoritatem quam dixi, perfacilè
nebis. Si collegam præter spem habeas doctum, versutum, qui
n ingenium noscat, contra naturam te planè alium simules, vi-
que quibus artibus tibi unum ex illis adjungas arctissimæ ami-
vinculo (ne tamen illi ex arcanis tuæ Politicæ quicquam cre-
quin comodis ejus parcè faveas, maximam autem verbis pro-
simules amicitiam) qui tibi in speciem adversans, quod nol-
dearis, promoveat; clàm tamen omnes observa, ne tertius

tui gratiâ quicquam esse factum suspicari possit;siq; utilitati tuæ magni momenti quid allaturum esse credis; ille, qui causæ promovendæ maxime adversatur, Patronus tuo consilio eligatur,& munere oblato commoveatur in alium affectum: supplicatio illi (quod tutius quam Secretario vel alteri) tradatur: qui primus cum sententiam quamvis contrariam dixit, tu eam tamen laudes, approbes, attamen aliam rationem afferas, ut si non in totum, in partem tamen aliquam petitum impetrare possis. Si tamen manifesta rei iniquitas nihil admittit, ignorantiam rei factique prætendens supplicantis impudentiam publice ita exagites, ut inimicissimum putent omnes, cui tu maximè per affectum consultum cupias, privatumque in aliam partem officium illi pollicearis non modò, verùm etiam media ineas quæ illi offeras. Addo & hoc consilii (quod te suspicione & odio apud plerosque eximet) si sententia tuo patrocinio contraria fertur, cui te interesse necesse est, ejus publicationi non adsis, neque subscribas, ut vel ignorantiam prætendere, vel alio modo te excusare possis. Idem etiam agas in causis tuorum adversariorum, quos impeditum iri, nec eos offendere vis: offendendus verò tibi in faciem nullus, neque enim injuria è vestigio vindicanda, sed occulto intervallo temporis injecto, ne animus inimicus tibi periculum aliquod creet: exemplo Tiberii Cæsaris, qui in præsens civiliter injuriam habuit, sed in animo revolvente iras, etiamsi impetus offensionis languerat, memoria valebat: Et Caroli IX. Regis Galliarũ, qui, quamquam natura iracundior erat, tamen dominandi studio, ac simul vindicãdi injurias æstu, earum sensum abstrudebat penitus: tanta in potestate os & linguam habens, ut nec ulla voce, nec colore vultus leve mentis signum produxerit. Itaque abitus tibi fingendus, iter per aliquot dies negotio tractando prætexendum: nullis rescriptis per aliquot dies (ne sentiant Aulici qui tibi forte insidias struunt) subscribendum: in publicis quoque negotiis si quid occurrit deliberandum, quod tuis nocivum sit commodis, vel quibus alios offendas, morbus simulatus absentiam excuset; ut aliquot dies vel septimanas ab omnibus vacuus meditari possis consilia secretiora, quibus arcanorum consciis in aliam partem præstò esse, causamque ad nutum tuum rectius flectere possis. Sique Authoritatem Dictatoriam de Collegis impetrare nequeas, quò tuis subscribant votis & consiliis, alia tibi & prima ineunda est via, ut Gratiam Principis quoquo modo præ aliis ambias & occupes, ut si illi nolint, plus tibi Princeps largiatur.

Tac. Ann. 4. 21. 2.

Io. de Buss. hist. Fr. l. 20. p. 104

Hic

Hoc consilium amplexus est Theodorus Styppiota; is fortuna co-hite eò promovebatur, ut Imperator Manuel Comnenus res o-nes ex illius arbitratu administraret: homo profundi consilii, ordatus, suavibus moribus, & volucri præditus ingenio. Quæ nperator jubebat, exequebatur: ille verò ea jubebat, quæ hic vo-ebat. Persuadeas tamen Principi, ne omnibus causis expedien-is sit præsens: pugnare id cum auctoritate ejusdem: exemplo Ro-nuli apud Halicarnassæum & alios: qui omnino præcipiunt, Prin-ipem Magistratui suo ad id constituto jurisdictionem & expedi-onem committere debere. Quod pessime observavit Alexius omnenus Imperator Constantinopolitanus: Is enim certis die-us publicè pro tribunali sedebat, licebatq; omnibus ei porrigere bellos supplices: quos ante se depositos à Notariis legi, & cu-isq; petitionem indicari, statimque responsa scribi, eaque con-rmata supplicantibus restitui jubebat. Apage hanc consuetu-inem Imperatoriæ Majestatis culmen haud decentem! inde enim bi exultaret periculum, ne forte Princeps ex crebris ejusmodi au-cultationibus astutias & mores tuos animadvertat, aliorumque andorem experiatur, & tibi præcludatur via ad beneplacitum tu-m omnia referendi, & animum Principis ad sententiam tuam fle-tendi: quomodo verò gratia Principis aucupanda, dicam: si pri-atas causas & Politico vero haud nocitura commoda expediero.

Nicetas in vit. ejus. T.V. Hist. Aug. p. 534.

Lib. 2.

Zonar. in ejus vita. T. IV. hist Aug. p. 896.

Dixi Politicorum Auctoritatem & Gratiam sine divitiis esse uxam ac instabilem, propterea quod aliorum indigentes ope, au-toritatem suam prostituere cogantur: ideoq; nihil nisi spe com-nodi agendum, suscipiendumq; esse, nullosq; promovendos fa-ilè, nisi qui commoda tua suâ operâ promovere possint. Proinde urandum maximè, ut opes acquiras & corradas maximas, quic-uid etiam alii contra garriunt (nisi tibi sint ex patrimonio de uibus hic non loquor;) non verò ex stipendio quod numeratur, d fieri potest: neque δωροφαγία s. amor muneris tuta, quæ animum ordidum indicans, odium & contemptum parit: neque munifi-entia Principis eò usq; semper se extendit, ut paupertatis subsidi-m haberi possit. Nam non omnes liberalitatem Principum sen-unt, ut quondam Wilhelmus Stanlejus Regis Henrici VII. in An-lia Camerarius munificentiam Regiam expertus est: is Regio fa-ore tantis honoribus & opibus auctus fuerat, ut annuatim reditus jus ad tria millia librarum, s. 9000. Ducatorum & amplius ascen-

Franc. Bacon. Histor. Henr. VII. A. R p. 26.

derint; cumque poſt factam, cum aliis quibuſdam Anglis Proceribus in Regem conjurationem, capite plecteretur & bona fiſo Regio applicarentur inveniebantur in caſtello ſuo de Holt, quadraginta, millia mercarum ſ. 80000. Ducatorum & amplius in pecuniis ſignatis, & vaſa aurea & argentea; præter jocalia, ſupellectilem lautam, pecorum greges & armenta, & alia bona mobilia ingenti copia: Seu ut in noſtro ſeculo Princeps Eggenbergius, is quippe ex ſimplici Nobili Styriæ, fortunâ & clementia Imperatoriâ (Ferdinandi II. Cæſaris) duce, eò pervenit, ut 150000. aureos in duobus Sileſiæ Ducatibus coemptis annuo in cenſu ſibi acquiſiverit, & Principis titulo donatus fuerit: Vel ut Comes Schvvarzenbergius, Supremus Aulæ Leopoldi Wilhelmi Archiducis (Ferdinandi III. imperat. Fratris) Auſtriæ, &c. Præfectus: qui munificentia Archiducali ſuper 120000. aureorum in bonis & theſauris pecuniæ numeratæ acquiſiviſſe fertur, imò poſt obitum præfati Archiducis (qui incidit in Novemb. an. 1662.) per teſtamentum nactus eſt, 250000. aureorum cum omni argenteâ ſupellectili, & mobilibus aliis ingentis pretii. itaque ut principiò inopiæ ſublevamen afferant ſupplicantium munera, eaq; acceptes, hac cautione opus eſt: ut videaris à muneribus alieniſſimus, (habeas alios, qui poſſint, quæ & qualia velis munera, illis obliquè ſuggerere) ut non tibi, ſed vel miniſtris vel uxori afferant munera, teq; nil minus agere, quam ut ejuſmodi munera acceptes, perſuadeant: quibus inſciu quaſi omnem promotionem præſtes, ut alii hac promptitudine convicti ad majora præſtanda alliciantur. Si tamen negotium honeſtum alias difficultates non habeat, ut poſſis tutò ſumere, ne recuſes cum effectum fuerit, verùm tuis demandes, ut digno munere laborem compenſent: itaq; ab omnibus non ſumendum, qui vel cum diſpendio fortunarum de neceſſariis vitæ ſubſidiis detrahunt, vel cauſam manifeſtè injuſtam promotam cupiunt: Hinc ſapienter fratrem ſuum, Flaminium Platum Cardinalem, Hieronymus Platus Lojolita monuiſſe legitur, ut continentiæ ſemper ſtuderet, manusq; ab accipiendo intactas ſervaret. Non quidem, quod omnia inquit, reſpuenda: id enim nimis fortaſſe durum videretur: ſed cum apparet eò dona tendere, ut animum deliniant, eoq; inclinent quò non decet, tum verò conſtantiſſimè repudianda, etiamſi aurei montes offerantur. Hæc ille. Cave autem acceptes exigua, vel aſſueſacias homines, ut parva afferant, (præter eſculenta, quæ acceptare

Hiſtoire du Miniſtere du Cardinal de Richelieu T. 2. p. 22. à

Chokier. Theſ. Polit. Aphor. p. 1. l. 3. c. 19. ex Hieron. Plat. lib de Cardin. dignit. & off. c. 11.

[..]ptare liberè potes vel Imperatoris auctoritate) quæ quò crebrio- *L. solent. 6*
[..]unt, tamen parùm augendis opibus profutura; ita suspicionem *§. Legatos*
[..]φαγίας augent: sed ita moderanda ut magna sint, utque si ab uno *ff. de offic.*
[..]nera sumas, apud alios vitium præfatæ δωροφαγίας non incurras: Et *Proconsul.*
[..]uique ita fient, ut pecuniam pariant exemplo Cardinalis Franci- *& Legat.*
[..]Adriani Cevæ; cui rarò munera grata, nisi divendi & nummi in- *Vid. tr.*
[..]comparari queant. Ac ut culina tua variis ciborum generibus sit *German.*
[..]ttta, venatores inprimis recommendatos habe. Quum enim ple- *Wagschal*
[..]ue Principes nulla re magis delectantur quam venatione, adeò, ut *der Röm.*
[..]nulli quotidiè ad reprehensionem usque & cum periculo venatui *Cardinäl.*
[..]gilent sylvasque fat gent, adeoque nihil aliud somnient, quàm ve- *p. 263.*
[..]onem: indeque si non in omnibus, saltem in plerisque venatoribus *And. Gail.*
[..]faciunt: ut ergò tu quoque fructum ab iis sentire possis, fac unicâ *Pract. Ob-*
[..]ope, tuo consilio apud Principem uti cogantur: tunc pro gratitu- *serv. l. 2.*
[..]s arrhâ variis delicatissimis esculentis carnium ferinarum, & quibus- *observ. 67.*
[..]que aliis animalibus, quæ montes, sylvæ, campiq; (pro quolibet an- *n. 3. & 4.*
[..]empore) nutriunt, illos te honoraturos esse re ipsa perspicies. A
[..]ncipis munificentia petere divitias tuæ conditioni sufficientes,
[..]terquam quod dubium, (ut paulo ante dixi) etiam summæ impru-
[..]tiæ est, beneficio accepto naturaliter ita obligari, ut te perpetuis
[..]itiis obstringere cogaris, unde tibi omnis rima emergendi præclu-
[..]r: verùm ita agendum, ut aliis mediis divitiarum thesauris conqui-
[..], Principi potius flagitante necessitate (de qua postea) succurrere
[..]is unde commoveatur, ut gratitudinis potius quam beneficii loco
[..]llo majora offerat munera; vel nisi hoc subsit, persuasum habeat
[..]nceps per alios te commendantes, magno te beneficio affecisse,
[..]ffectum esse Principem & Patriam, tuaque ope & consilio carere
[..] posse, ut ultro tibi non exigenti & petenti maximum offerat be-
[..]ficium. Hoc optimè observavit Regis Ludovici XIII. in Gallia
[..]marius Minister Cardinalis Richelius, qui deficientibus nummis in
[..]rio Regio, aliquoties de suis thesauris suo Regi ingentibus summis
[..]venit: præsertim in memorabili illa obsidione Rupellæ: unde hoc
[..]sequutus, ut Regia munificentiâ pluribus deinde beneficiis opibus- *Vid. Histoi-*
[..]accumularetur. Qui verò ad altissima adspirat, simulare debet, *re du Mi-*
[..]ue se minuta, neque alia munera oblata curare, quod magni animi *nistere du*
[..]icium ad majora incitat Principem, ita ut Politicus ejusmo- *Cardinal*
[..]audem suam sartam tectam conservet. Ad priorem ita *de Richels.*
[..]modum ditescendi ut intentus sis, in eo loco, quo degis, *T. 1. p. 562*
& T. 2. p. 226.

videas

videas, qui ſint potiores modi diteſcendi: (novum enim modu
in hac hominum fraudulentiâ & aſtutiâ ut inveniamus, impoſſi-
bile ferè eſt.) Ex iis unum alterumve ſeligas, neque æſtimes, an ex
Suet. in vita Veſpaſ. dignitate ſit tui muneris, dummodo certa ſpes lucri ſubſit. Cum
non puduerit Imperatorem Veſpaſianum gratum odorem lucri ex
Reuſner. in ſymb. Imper. claſſ. 1. ſymb. 10. re qualibet & vel urinâ percipere, neque vituperio ipſi ducat;
quid Homini Politico vitio detur, ſi quoquo modo neceſſaria ſibi
acquirat: judicent alii de fæce vulgi, quidquid velint; non cu-
Dion. in vit. C. Calig. imitare hac parte Cajum Caligulam Cæſarem, quem cum ſede e-
Jovis ornatu in ſolio eminentiſſimo Gallus quidam irrideret, I-
leque re animadverſâ ad ſe vocaret hominem, rogaretque quid
bi videretur: ac is reſponderet, hanc magnam dementiam vide,
nullo damno eum affecit, quòd ſutor eſſet. Ut tamen odium alio-
rum (in maximè jucundis & proſperis rebus) declines, cum a s
ſocietatem clàm primò ineas, vel pecuniam, ut ſuo nomine ex ne-
gotiatione tibi acquirant, ſuppedites: ut autem fidem tibi præ-
ſtent, partim metus, partim remunerationis & promotionis ſpes
commoveat; neque tibi de damno & rerum tuarum jactura n-
tuas, ſed pecuniam illis hoc pacto credas, ut ſi quid lucrentur, -
midium lucri tibi reddant; id quod pauci, qui aliunde commo-
ſperant, detrectabunt. Sique ſunt alii modi acquirendi, eos n-
negligas, etiam ſordidiſſimos, quos tamen per alios expedias. t
verò certus eſſe poſſis, num inſtitores tui fidem tibi præſtiterint
in adminiſtranda bonorum opera, exploratores habeas famelicos
quos menſæ tuæ participes facias, qui civitatem omnem per-
ptent, omnia exquirant, explorent, quæ in rem ſunt tuam. Neque
hoc negligendum, ut multas cauponas, multa prædia, eaque fer-
tiliſſima & commodis tuis augendis aptiſſima emas: ſique prædium
aliquod tibi contigerit, quibuscunque artibus vicinorum etiam
ambias: quod ſi bonis conditionibus impetrare non poſſis, a-
aggrediaris; ut inter vicinos odii ſemina ſpargas, ex quibus per-
quutionis ſurculi in flores litis apertæ abituri (te clàm irrigante)
producantur: cujus tamen cauſæ compoſitionem ex jure vicini-
tis ſimulans de die in diem negotium protrahas, donec pertæſus
moleſtiarum per tuos ipſi monſtratarum aliam quærat conditi-
nem, ut tibi offerat bona ſua emenda; tu autem cave acceptes il-
cò, quin aliquandiu recuſes, donec precibus alio inſtigante, & m-
liorem conditionem offerente; te commodum potius illi bene-

ciu

ut obtulisse alii putent, quàm suspicentur te auctore hoc factum esse,
men & alia ratio, si alicujus vicini inhies fundis, ut Domino ex eo-
affectu vicinitatis (cave alia causa vel minimo subsentiatur indicio)
icium aliquod promotionem offeras, cujus omnes sunt cupidissi-
honoris causa, & quod ex alterius agro semper sibi uberiores
us sperent, interea per tuos aliud quasi agentes aliamque utilita-
nonstrantes. animum illorum pericliteris ut tibi bona vendant
ribus conditioribus, quàm sperare possint ex prædiis suis: hac spe
st dubium, quin vota tua anticipent, & tibi ultrò bona sua offe-
quæ non tu, sed alii emant pecunia tua: ut autem omnia quæ in
iam faciunt excutias, sique sint bona controversa, vide ut si lite sit
iundum, eum promoveas, qui vel paupertate coactus, vel spe vi-
rogatus ultrò in commodum tuum litiget, & bonorum compos
ique lites non sunt, tu eas quas facile poteris, excites. Tandem
nō rarò observatur modus, ut per permutationē non pauca præ-
quirantur, quod tamen nisi Principis fundi in tua sint manu, non
ebrò feliciter cedit. Dantur etiam adhuc alii modi divitias ac-
ndi, è quibus potiores jam tibi aperiam, ut, si non omnibus iis
node uti possis, tamen quidam fructum speratum ferant. Pri-
nodus consistit in eo, ut ab aliis Principibus pensionem accipias
am, occultè quidem, quam sine ulla perfidiæ labe justissimo titu-
ipere potes, modò diligenter attendendo, an istiusmodi Prin-
cujus tu pensionarius existere vis, sit vel clancularius vel apertus
incipis hostis, vel non: priori casu plane non decet nec licet: in se-
maxima cautione opus, siquidem istiusmodi pensio tibi ideò
etur, ut exploratoris instar omnia tui Principis consilia & moli-
s expisceretis ac patefaceres; quo tamen magnum famæ & existi-
nis periculum tibi crearetur; hoc autem omnibus modis præca-
im: Agesilaum potius hac in parte sectare, qui tantum abest, ut *Vid. Chokier. Thes. Pol. Aphor. l. 3, c. 19.*
na munera (multo minus pensionem) à maximis missa Principi-
cciperet, quin literas ad se ab eis, & nominatim Persarum Rege,
resignare noluerit, dicens: si Rex Lacedæmoniis amicus sit, fru-
bi privatim scribi, cum ei quoque amicus sit: sin inimicus, ne lit-
quidem vel quidlibet aliud eum à fide abducerent, quam Lacedæ-
is deberet. Posteriori casu, ac si ejusmodi Princeps cum Principe
lit amicitiam, tunc optimo jure annuum ab eo accipere potes sti-
um, aliaque munera; nihil inde infamiæ pertimescendum. Se-
is modus legitimè ditescendi in hoc versatur casu. Quam sæpissi-

mè evenit in Aulis Principum, ut, si Princeps fratres habet vel agnato (inprimis ubi jus Primogenituræ viget) quibus Apannagium certum quotannis solvendum, nec tamen propter summam convenire possin illi studeant primarios Consiliarios & viros maximæ apud Principem auctoritatis muneribus sibi devinctos reddere, quo annui eorū proventus horum ope & consilio augeantur; & talia dona non nequis tranquillâ conscientiâ accipere, siquidem simulando (simulatio iterum iterumque nostro Politico inculcanda) te omnibus viribus illorum commodum promovere, tamen Principi tuo clàm consilia suggeras, ut lic non tota, tamen pro magna parte impediatur Apannagii auctio: hoc modo Principis clementiam non perdes, & ejus fratrum vel agnatorum gratiam conservabis, qui semper studium tuum promovendæ utilitatis au daturi, omni te Principali favore, (quasi perpetuo tibi devincti) prosequentur. Tertius modus augendi opes hic est; si Principi tu subdelegati vel Commissarii munere fungi placet, cum aliis, vel superioribus vel paribus vel inferioribus: negotia componenda, inprimis quæ thesaurum tuum augere possint, quàm maximè prospicias; simulando speciosissimis verbis, erga utramque partem te utriusque commodis quàm diligentissime studere, cum tamen nihil minus quam agas, sed jus & æquum perpetuo tibi ante oculos versetur: tunc a naquaque parte tibi dona afferentur, præmia laborum tuorum: forte negotium non esse sortiturum exitum præspicis ad partium satisfactionem, cave tu sententiam latam ipse aperias sed si commode potest, alium sparta hac orna, ut honestam te excusandi erga partes habeas rationem, easque nihliominus tibi obstrictas serves. Quartus modus acquirendi pecunias est; si ingruente necessitate, aut alio quovis desumpto (sæpius & inani) prætextu, Princeps de statibus suis Provincialibus (vulgò Landstände) charitativum petit (vel imperat hodierno more) subsidium, ingentem pecuniæ summam attingens: tum scient isti status cum præcipuis Principis Ministris crebrius tractare, eosque rogare, ut persuadeant Principi dimidiam vel tertiam partem subsidii accipere. Si tibi, ô Politice mi! à Principe tuo talis sparta demandatur, omnibus modis iis ostende impossibile plane esse unicus teruncius ab imposita summa remitti queat; variis addi in hanc rem argumentis, & conquisitis veri coloribus; te quidem apud Principem boni viri instar, non quærentis depauperationē tuum aut ruinam subditorum omnibus viribus laborare velle, ut

supremo gradum sibi acquisivit, verùm & Gallorum Regis servitia aggressus talem sibi auctoritatem conciliavit, ut Principes & alii Magnates quoque ejus affinitatem quæsierint: hinc Princeps Regii sanguinis Armandus Contius Annam Mariam Martinozziam: Thomæ Ducis Sabaudiæ filius Eugenius Mauritius Olympiam Mancini, ac hujus conjugii favore comitatum Suessionensem: Dux Mutinensis Lauram Martinozziam Annæ Mariæ sororem: Mareschalli Mesleray filius (Galliæ Procerum ditissimus, utpote qui 1500000. libras annuorum proventuum possidere dicitur.) N. Hortensiam, omnes præfati Cardinalis consanguineas sibi associarunt. Ac dictus Meslerajus aliquot tonnis auri per testamentum ab eo hujus matrimonii gratia honoratus fuit, onere tamen hoc addito, ut Arma Gentilitia & Nomen Mazariniū assumere cogeretur. Hinc fit ut talis Consiliarius sæpiùs non careat etiā apud Magnates odio, ut ex Actionibus variis contra Richelium & Mazarinum Cardinales à Principibus Aurelianensi & Condæo tentatis satis superque edocti sumus: imò aliquando ipsos Principes, si præsertim sint tenaciores, & non patiantur potentes Ministros suos. Optimè sibi hoc in casu prospexit Seneca, & cum effectu prospexisset si non cum Tyranno ei res fuisset. Is enim cum premi se videret adversariorum apud Neronem vocibus, tanquam ingentes & ultra privatum modum evectas opes adhuc augeret: quodque studia Civium in se verteret, hortorum quoque amœnitate & villarum Magnificentia quasi Principem supergrederetur: & quæ alia addebantur: tempus sermoni orabat: digna est oratio ut adscribatur pro parte. Quartus decimus (incipit Seneca) annus est Cæsar, ex quo spei tuæ admotus sum: Octavus ut Imperium obtines: medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulasti, ut nihil felicitati meæ desit, nisi moderatio ejus. Ego quid aliud munificentiæ adhibere potui quàm studia, ut sic dixerim, in umbra educata: è quibus claritudo venit, quod juventæ tuæ rudimētis affuisse videor: grande hujus rei pretiū: at tu gratiam immensam innumeram pecuniam circumdedisti, adeo ut plerunque intra meipsum volvā. Egone Equestri & Provinciali loco ortus Proceribus civitatis annumeror? inter nobiles & longa decora præferentes novitas mea enituit: ubi est animus ille modicis contentus? tales hortos instruit & per hæc suburbana incedit, & tantis agrorum spatiis, tam læto fœnore exuberat? una defensio occurrit, quod muneribus tuis obniti non debui. Sed uterque mensuram implevimus, & tu quantum Princeps tribuere amico posset, & ego

Tac. ann. 14. 52. 2.

Tac. ann. 14 53. & 54.

quantum amicus à Principe accipere. Cætera invidiam augent: quæ quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem jacet: sed mihi incumbit: mihi subveniendum est; quomodo in militia aut via fessus adminiculum orarem: ita in hoc itinere vitæ, senex, & levissimis quoque curis impar, cum opes meas ultra sustinere non possim, præsidium peto. Jube eas per Procuratores tuos administrari, in tuam fortunam recipi. Nec me in paupertatem ipse detrudam, sed traditis quorum fulgore perstringor, quod temporis hortorum aut villarum curæ seponitur, in animum revocabo. Hæc Philosophus. At quid sperandum à Principe, apud quem excusatio vitiū, defensio crimen habetur? itaque unâ operâ, quemadmodum paulò ante dixi, Principis gratia & præ reliquis singularis clementia summis verbis aucupanda homini Politico, quo minus sibi à persequutoribus & accusatoribus metuat, & quam dixi apud Collegas dictatoriam authoritatem consequatur, exemplo prædictorum duorum Regiorum in Gallia Ministrorum, Cardinalium Richelii & Mazarini. Id quod fit, si tu te Principis ingenio, moribus, per omnia accommodes, neque id cures, quid ipsi conducat, honestumque sit & ex dignitate, sed quod Principi placeat: observeturque illud Taciti, ut omnia honesta & inhonesta laudare mos sit: neq; negligas il-
Tac. an. 2. 38. 5. lud Ciceronis, ut in aures eorum fictè & simulatè quæsitus tui causà insusurres. Hisce inquam te accommodes, ore, gestibus, rebus, sermone, ac actionibus, ut non rarò te, si opus, ultra conditionis tuæ sortem submittas. Hoc autem firmissimè ipsis persuadeas omnibus argumentis & mediis undiquaque conquisitis, imò jurejurando, detestationibus extremis sanctissimè affirmes, te in omnibus sanctissimum fore, quod usque adeò facias, ut firmissima fidei tuæ spes à Principe concepta altas radices agat, ut nullæ perfidiæ suspicio illis delationibus, accusationibus apud Principem unquam locum inveniat aliquem, quum putet Princeps se tutò tibi fidere, credere, in sinum tuum effundere non solum sua omnia posse, verùm & gubernationis partem maximam committere. Hoc autem vide, præcipuè impetres, ut Princeps in Ministros inferiores absolutam committat potestatem, recipiendi removendique ad nutum tuum, ita enim in majori eris auctoritate, & illorum operâ ad commodum tuum tanquam servis propriis uti poteris. Et hæc Practica maxime prodest fortunis augendis Politico: neque te ipsū commendes, vide ut aliquem habeas ex veteribus Ministris, qui

1. Pax Pax polono-suecica Olivae d. 3 Maja 1660
2 Pax Germano-suecica Monasterii Westphalorum 24 Pacis 1648.
3 Pannonia perorata etc p Joh: Wolff 1652
4 De sacra corona regni Hungariae ortu etc Petri de Reva 1652